



DICASTERIUM DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 283/24

MISSA PRO CUSTODIA CREATIONIS

Exemplar originale

Ex ædibus Dicasterii de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,
die 8 mensis iunii 2025, in sollemnitate Pentecostes.

✠ Victorius Franciscus Viola, O.F.M.
Archiepiscopus a Secretis

Formularium *Missæ pro custodia creationis* inseritur in *Missale Romanum*, *editionem typicam tertiam* (MMVIII) inter *Missas et Orationes pro variis necessitatibus vel ad diversa*, in sectionem II *Pro circumstantiis publicis*. Usus eius regitur Capite VII *Institutionis Generalis Missalis Romani* atque rubricis propriis (*Missale Romanum, editio typica tertia*, p. 1074).

MISSA

PRO CUSTODIA CREATIONIS

Ant. ad introitum

Ps 18, 2

Cæli enarrant glóriam Dei,
et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

Collecta

Pater,
qui in Christo, primogénito omnis creatúræ,
univérſa ad exſisténtiam vocáſti,
præſta, quæſumus, ut, dóciles Spíritus tui ſpiráculo vitæ,
ópera mánuum tuárum in caritatē custodiámus.
Per Dóminum.

Super oblata

Súſcipe, Pater,
hos fructus terræ noſtrarúmque mánuum:
pérſice in eis opus creatiόνis tuæ
ut, a Spírítu Sancto transformáti,
cibus et potus vitæ ætérnæ pro nobis fiant.
Per Christum.

Ant. ad communionem

Ps 97, 3

Vidérunt omnes términi terræ
ſalutáre Dei noſtri.

Post communionem

Sacraméntum unitátis quod accépimus, Pater,
communióſem tecum áugeat fratribúſque
ut, novos cælos et terram novam exſpectántes,
conveniénter una cum ómnibus creatúris
vívere diſcámus.
Per Christum.

MISSA PRO CUSTODIA CREATIONIS

LECTIONES BIBLICÆ

LECTIO E VETERE TESTAMENTO

Sap 13, 1-9: « Si potuerunt æstimare sæculum,
quomodo huius Dominum non invenerunt? ».
Vani sunt natura omnes homines ...
[OLM 495; Hebdomada XXXII; Anno I; Feria VI]

LECTIO E NOVO TESTAMENTO

Col 1, 15-20: « *Omnia per ipsum, et in ipsum creata sunt* ».
Christus Iesus est imago Dei invisibilis ...
[OLM 435; Hebdomada XXII; Anno I; Feria VI]

PSALMI RESPONSORII

Ps 18, 2-3. 4-5: R/ (2a): Cæli enarrant gloriam Dei.
[OLM 495; Hebdomada XXXII; Anno I; Feria VI]

Ps 103, 1-2a. 5-6 10 et 12. 24 et 35c
R/ (31b): Lætetur Dominus in operibus suis.
[OLM 329; Hebdomada V; Anno I; Feria II]

ALLELUIA

Ps 103, 24 Quam multiplicata sunt opera tua, Domine!
Omnia in sapientia fecisti.

1Chr 29, 11d. 12b Tuum, Domine, regnum,
tu dominaris omnium.

EVANGELIUM

Mt 6, 24-34: « *Nolite solliciti esse in crastinum* »
In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis:
Nemo potest duobus dominis servire ...
[OLM 82; Dominica VIII; Proprium de Tempore; Anno A]

Mt 8, 23-27: « *Surgens increpavit ventis et mari,
et facta est tranquillitas magna* ».
In illo tempore: Ascendente Iesu in naviculam ...
[OLM 378; Hebdomada XIII; Anno I; Feria III]